

# Chronicon Geldriae

Guillelmus de Berchen

## De ecclesia S. Stephani Novimagensi

Nobilis itaque comes Otto imperio et dominio Novimagensi sibi, ut praefer-  
tur, impignoratis et commissis proinde praeesse cupiens, anno LIII superius 1254  
descripto, mense Iunio, una cum iudice, scabinis ceterisque civibus civitatis  
Novimagensis, pro ipsius et inhabitantium in ea necessitate, commodo et utili-  
tate, ut ecclesia eius parochialis extra civitatem sita destrueretur et infra muros  
5 transferretur ac de novo construeretur, a reverendo patre domino Conrado de  
Hofsteden, archiepiscopo Coloniensi, licentiam, et a venerabilibus dominis de-  
cano et capitulo sanctorum Apostolorum Coloniensi, ipsius ecclesiae ab antiquo  
veris et pacificis patronis, consensum, citra tamen praeiudicium, damnum aut  
10 gravamen iurium et bonorum eorundem, impetravit.

Et exinde liberum locum eiusdem civitatis qui dicitur Hundisburg, de prae-  
libati Wilhelmi Romanorum regis, ipsius fundi domini, consensu, ad aedifican-  
dum et consecrandum ecclesiam et coemeterium, eisdem decano et capitulo de  
expresso eiusdem civitatis assensu libera contradiderunt voluntate, obligantes  
15 se ipsi comes et civitas dictis decano et capitulo, quod in recompensationem  
illius areae infra castrum et portam, quae fuit dos ecclesiae, in qua plebanus  
habitare solebat—quae tunc per novum fossatum civitatis est destructa—aliam  
aream competentem et ecclesiae novae, ut praefertur, aedificandae satis conti-  
guam, ipsi plebano darent et assignarent. Et desuper apud dictam ecclesiam  
20 sanctorum Apostolorum est littera sigillis ipsorum Ottonis comitis et civitatis  
Novimagensis sigillata.

---

3 p. 227 R 4 p. 97 N 6 p. 129 D 12 f. 72v M 13 p. 228 R 20 p. 130 D

2 proinde] primum D 5 ecclesia eius] ecclesia D: eius eius H extra civitatem *om.* H  
infra] intra D 6 transferretur] transferreretur NH 7 Hofsteden] Hoffstede D: Hoffsteden  
H Coloniensi] Colononiensi H dominis] viris H 8 Coloniensi] Coloniae H 10 iurium]  
virium D 11 liberum] librum H qui] quae D Hundisburg] Hundisburch D: Hundisbrug  
HMN: Hunsdisbrug R 12 regis] imperatoris D 13 et consecrandum *om.* H eisdem]  
eiusdem D 15 comes] comites D dictis *om.* H 17 tunc] nunc H 18 ut...aedificandae  
*om.* H 18–19 contiguam] contiguum M 19 apud *om.* H 20 est] et H littera] litteram  
H 21 Novimagensis] Novimagii D sigillata] sigillis communita H

6–7 William is confusing two charters that are five years apart. Permission from St. Apostles' Church in Cologne had been obtained as early as 1249. Cf. Sloet, *Oorkondenboek* nr. 707 (14 November 1249): "...nos devotionis tue precibus annuentes, ut ipsam ecclesiam faciens demoliri transferas in locum alium competentem, tibi auctoritate presentium indulgemus..." 11–19 Cf. Sloet, *Oorkondenboek* nr. 762 (June 1254)